Verbum quod factum est ad hieremiam a dño. In anno decimo sedechie
regis iuda. ipse est annus octauus decimus nabuchodonosor. tunc
exercitus regis babilonis obsidebat hierusalem & hieremias ppheta
5. erat clausus in atrio carceris. qui erat in domo regis iuda. clausus
erat enĩ. cum sedechias rex iude dicer. quare uaticinaris dicens.
hec dicit dñs; Non solum uerba sed & opera prophetarũ nobis
exempla sunt ad uirtutem. poterat hieremias prospera nuntiare.
& regis sedechie frui amicitia; Sed malebat dõ magis oboedire
quã hominibus. & ei qui potest & animam & corpus occidere in hie
henna. quã illi qui tantum in corpus habere poterat potestatem;
& hoc considerandum. quod decimus annus erat regni sedechie
obsessa iam hierusalem. & gladio. fame. ac peste. consumpta. &
captiuitatem uicina. & tamen sedechias pr̃ stat in sententia
& ex parte aliqua illius clementiae demonstratur. quod nequã
quã eum in carcere. sed in uestibulo recludi iusserit carceris libe
rai det & custodia ne posset effugere; Quasi non omnis hieru
salem clausa munitionibus. cũ munis carcer fuerit habitantiũ;
ipse ẽ annus uicesimus regni nabuchodonosor. qui quarto anno
regis ioachim cepit imperium. omnis autem causę irę regis ista ẽ.
cur loquat̃ ex dñi nomine quę ei fuerant imperata; Ecce ego dabo
ciuitatem istã in manu regis babylonis & capiet eã. & sedechias
rex iuda ñ effugiet de manu caldeorũ s& tradetur in manu regis
babilonis. & loquetur os eius cũ ore illius. & oculi eius oculos illius
uidebunt. & in babilonem ducet sedechiam & ibi erit donec uisitem eũ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0324